



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXII. De Destructione Castri Wiesenburg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Poppo de Osterna VI. Magister Generalis Ord. Teut.  
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia*

**C**Astrum Wisenburg, quod à Pruthenis Wallevvona dicitur, situm fuit in terra Barthensi in littore fluminis (a) Gobrionis, ad quod de Sudovvia & aliarum Nationum partibus venit exercitus, & depradato territorio circumjacente recessit, quo facto quidam de familia fratrum consuluit eis, ut sequerentur sine omni timore, cui fratres consentientes cum suo Exercitu velociter sunt secuti. Sed dum statim eos non invenirent, volebant redire, quod ille traditor prohibuit, promittens bonà fide, quod circa flumen, quod dicitur (b) Wengrapia eos sine dubio invenirent. Cui loco dum appropinquarent, sicut præordinatum fuerat, inimici repentiè insiluerunt in eos, quod videntes fratres, ascenderant quendam montem vicinum, & de illo se longo tempore viriliter defenderunt. Cadebant ex utraque parte plurimi interfecti. Tandem permittente Domino Prutheni prævalentes XX. & totum exercitum ipsorum occiderunt.

#### ANIMADVERSIONES.

- (a) Gubene, habet Jeroschinus. Oritur dimidio milliari à Vico Rhenensi, præterlabitur Rastenburgum & Luneburgum.  
(b) Wangrapien, dicit Jeroschinus; Hodie dicitur Angerap, qui amnis propè Insterburgum cum Instera conjunctus, appellatur PRIGORA sive ut hodiè vocamus PREGELA.

### CAP. CXII.

De

#### *Destructione Castri Wiesenburg.*

**H**Oc castrum Wisenburg à Pruthenis Anno Dn. M<sup>CC</sup>LXIII. ferè tribus annis fuit obsessum, & e- Idem Urbanus Papa Regnum (b) Cecilia quod rexerant tres machinas, cum quib9 quod Manfredus violenter occidiè cupa-

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Helmerius de Reichenberge VI. Mag. Provinc. Prussia.*

tidiè castrum impugnaverunt, tandem, *cupaverat dedit Karolo*  
fratres unam violenter rapientes duxe- *Comiti Provincia, fratri*  
runt ad castrum, & cum ea se multo *Regis Francie, ut eriperet*  
tempore defenderunt. Non longè post- *illud ab eo.*  
ea deficientibus omnino victualibus fratres cum suis armigeris  
relictò castro secrete An. Domini MCCLXIII. recesserunt, diri-  
gentes viam suam versus Ducatum Masovia. Quo intellecto,  
dum (a) Dyvanus tunc Barthorum Capitaneus cum multis ar-  
migeris eos sequens, non posset comprehendere, quia equi ipso-  
rum læsi substituerunt. Ipse assumens sibi XIII. viros in velo-  
rioribus equis præcessit alios, & dum appropinquarent, invenit  
fratres jam fame deficientes & præ lassitudine non valentes ad  
bellum, & invasit illos viriliter & in primo congressu occidit  
tres, alii ad defensionem se opposcentes dictum (a) Dyvvanum  
graviter vulnerarunt, & extunc cessavit à bello, & fratres cum  
suis in pace recesserunt.

ANIMADVERSIONES.

(a) De Nomine Dywani *vid. infr. cap. 137.*

(b) i. e. Sicilia.

CAP. CXIII.

De

*Destructione castri Cruceburg.*

Anno Domini eodem sc. MCCLXIII. DE MAGISTRO GE-  
dum Castrum Cruceburg à Nattan- NERALI DOMUS  
gis fuisset tribus annis, tribus Machinis TEUTONICÆ.  
& tribus propugnaculis obsessum, fra- *Frater (a) Anno Genera-*  
tres eum familia sua post multa bella- *lis Ordinis domus Teuto-*  
gloriosa ibidem gesta, defidentibus *nica septimus, fuit hoc*  
*tempore. Vir utique DEO*

D d 2

omni-

de-